

O «Ordo Missæ» de Reichenau

O manuscrito latino 18005 da Biblioteca Nacional de Paris tem sido estudado várias vezes já em todos os seus aspectos: paleográfico, artístico e litúrgico. Os especialistas estão de acordo em datá-lo dos princípios do séc. XI. E segundo Leroquais, o último que dele fez uma análise pormenorizada, este códice foi copiado no célebre mosteiro de Reichenau, do lago Constança, a seguir utilizado em Trèves, uma vez que nele o calendário não corresponde ao santoral, mas é o desta cidade, mais concretamente ainda, segundo tudo parece indicar, o do mosteiro de S. Maximino de Trèves¹. A sua decoração tem lugar de relevo na história da arte, pelas belas pinturas, de página inteira, sobre os principais mistérios da vida de Cristo celebrados na Liturgia, como Natal, Epifania, Purificação, Ressurreição, Ascensão e Pentecostes².

Do ponto de vista litúrgico, trata-se de um sacramentário de puro tipo gregoriano³, *Hadrianum ex authentico* na classificação de Bourque⁴, isto é, cópia pura e simples do exemplar que o Papa Adriano I enviou a Carlos Magno, para servir de base à reforma litúrgica no Império. Isto significa, por outras palavras, que não possui ainda o célebre *Suplemento*, atribuído até muito recentemente a Alcuíno, mas que as últimas investigações demonstram ser de

¹ V. LEROQUAIS, *Les Sacramentaires et les Missels manuscrits des Bibliothèques Publiques de France*, tome I, Paris 1924, pp. 113-116.

² LEROQUAIS, *o. c.*, Planches (tome IV), publica duas fotocópias deste manuscrito: XXVI (Purificação) e XXVII (morte de Nossa Senhora).

³ E. BOURQUE, *Étude sur les Sacramentaires Romains*, seconde partie, tome second, *Le Sacramentaire d'Hadrien, le Supplément d'Alcuin et les grégoriens mixtes*, Roma 1958, pp. 21-22.

⁴ A expressão não é de Bourque. Aparece na maior parte dos manuscritos deste tipo, como no caso presente, onde se lê textualmente (fol. 19 v.): *In nomine Domini. Incipit liber sacramentorum de circulo anni expositus, a sancto Gregorio papa romano editus, ex authentico libro bibliothecae cubiculis (sic) scriptus...* Não se sabe ainda a quem se refere este *cubiculum*, se é à residência imperial de Aix-la-Chapelle, onde o exemplar enviado pelo Papa estava guardado, se ao palácio do Latrão.

S. Bento de Aniane ⁵. Qualquer que seja, porém, o seu valor documental na cadeia genealógica do Sacramentário Gregoriano, uma coisa é certa: o seu conteúdo litúrgico é muito pobre. Não só não tem o famoso *Suplemento*, como lhe faltam os ritos e textos eucológicos gerais da época, tais como bênção de ramos, cinzas e velas, adoração da Cruz em Sexta-Feira Santa, bênção do lume na Vigília Pascal, etc. Em contrapartida, possui um *Ordo missae* de grande interesse para a história da missa medieval. Admiramo-nos até como foi possível ter passado despercebido e chegar até nós inédito ⁶. Editamo-lo na convicção de prestar serviço à cultura histórica, não só das instituições litúrgicas, como da espiritualidade e da teologia medieval. A liturgia é, em certa medida, eco duma atitude interior e resultado duma reflexão teológica sobre o mistério cristão.

O *Ordo missae* é uma criação típica da Idade Média e compreende essencialmente, além das orações dos paramentos, as *apologias* em que o celebrante exprime os seus sentimentos de indignidade perante tão augusto mistério, a bênção do incenso e do diácono para a leitura do Evangelho, o *Orate fratres*, os inúmeros textos de ofertório, as orações de preparação e acção de graças da comunhão e, por vezes, outras composições de circunstância. Todos estes textos reflectem uma certa teologia do Mistério da Eucaristia e constituem fonte preciosa para o conhecimento do pensamento medieval, sobretudo no período imediatamente anterior ao da elaboração da Escolástica, como é o caso do Sacramentário de Reichenau.

⁵ As investigações neste sentido devem-se a J. DESHUSSES. Ver o resumo das suas conclusões e bibliografia na recente edição crítica do Sacramentário Gregoriano: JEAN DESHUSSES, *Le Sacramentaire Grégorien. Ses principales formes d'après les plus anciens manuscrits*, Spicilegium Friburgense 16, Editions Universitaires, Fribourg (Suisse) 1971.

⁶ No séc. XVIII, LE BRUN, autor da importante obra *Explication de la Messe contenant les dissertations historiques et dogmatiques sur les liturgies de toutes les Eglises du monde chrétien*, em 8 volumes (1.ª edição entre 1716-1726), compreendeu o interesse deste *ordo* e transcreveu-o, mas não chegou a publicá-lo. Esta cópia está em Paris, B. N. ms. lat. 16 807, fól. 4-11.

O r d o M i s s æ

Ex libro sacramentorum Augiensis monasterii sæc. XI
incipiente scripto.

Paris, B. N. ms. lat. 18005, fol. 11v.-18v.

/ Fol. 11 v. / *Incipit ordo qualiter episcopus seu presbiter ad missas
caelebrandas se debeant preparare.*

Ad ephot.

1

Humeros meos et pectus meum Spiritus sancti gratia protege,
5 Domine, renesque meos uitiiis omnibus expulsis precinge, tibi ad
sacrificandum Deo uiuenti et regnanti in secula seculorum. Amen.

Ad albam.

2

Indue me, Domine, uestimento salutis et circumda me lorica
fortitudinis. Amen.

10 *Ad zonam.*

3

Circumcinge lumbos meos, Domine, zona iusticiae, et circumcide
uitia cordis et corporis mei.

Ad stolam.

4

Stola iusticie circumda, Domine, ceruicem meam, et ab omni
15 corruptione peccati purifica mentem meam. Amen.

Ad casulam.

5

Indue me, Domine, ornamento humilitatis, caritatis ac pacis,
ut undique munitus uirtutibus possim resistere uitiiis et hostibus
mentis¹ et corporis. Per te Iesu Christe.

- 6 *Ad fanonem.*
Da mihi, Domine, sensum rectum et uocem puram, ut implere
possim laudem tuam. Quod ipse prestare.
- 7 *In primis cantet istos tres psalmos:*
Ps. Quam dilecta. 5
Ps. Benedixisti Domine.
Ps. Inclina Domine.
- 8 *Dieinde¹ letaniam.*
Kyrie eleyson.
Christe eleeyson¹. 10
Christe audi nos.
Sancta Maria ora
Sancte Michahel ora
Sancte Gabriel ora
Sancte Raphahel ora 15
Omnes sancti angeli orate pro nobis
Omnes sancti archangeli orate
Omnes sancti troni orate
Omnes sancte dominationes orate
Omnes sancti principatus orate 20
Omnes sancte potestates orate
Omnes sancte uirtutes orate
Omnes sancti cherubim orate
Omnes sancti seraphim orate
Omnes sancti patriarche orate 25
Omnes sancti prophete orate
Sancte Iohannes ora
Sancte Petre ora
Sancte Paule ora
Sancte Andrea ora 30
/ Fol. 12 / Sancte Iacobe ora
Sancte Iohannes ora
Sancte Thoma ora
Sancte Iacobe ora
Sancte Philippe ora 35
Sancte Bartholomeae ora
Sancte Matheae ora
Sancte Simon ora

	Sancte Tatheae	ora
	Sancte Mathia	ora
	Sancte Marce	ora
	Sancte Luca	ora
5	Sancte Barnaba	ora
	Omnes sancti apostoli et euangeliste	orate
	Sancte Stephane	ora
	Sancte Line	ora
	Sancte Anaclete	ora
10	Sancte Clemens	ora
	Sancte Xiste	ora
	Sancte Corneli	ora
	Sancte Cypriane	ora
	Sancte Alexander	ora
15	Sancte Fabiane	ora
	Sancte Felix	ora
	Sancte Candide	ora
	Sancte Caliste	ora
	Sancte Marcelle	ora
20	Sancte Stephane	ora
	Sancte Marce	ora
	Sancte Ignati	ora
	Sancte Sebastiane	ora
	Sancte Vincenti	ora
25	Sancte Anastasi	ora
	Sancte Yrenee	ora
	Sancte Valentine	ora
	Sancte Tiburti	ora
	Sancte Valeriane	ora
30	Sancte Maxime	ora
	Sancte Vitalis	ora
	Sancte Georgi	ora
	Sancte Iuuenalis	ora
	Sancte Euenti	ora
35	Sancte Theodole	ora
	Sancte Eusebi	ora
	Sancte Cyriace	ora
	Sancte Nabor	ora
	Sancte Processe	ora
40	Sancte Martiniane	ora

Sancte Symplici	ora	
Sancte Faustine	ora	
Sancte Abdo	ora	
Sancte Sennes	ora	
Sancte Leudegari	ora	5
Sancte Donate	ora	
Sancte Christofore	ora	
Sancte Laurenti	ora	
/ Fol. 12 v. / Sancte Chrisogone	ora	
Sancte Iohannes	ora	10
Sancte Paule	ora	
Sancte Cosma	ora	
Sancte Damiane	ora	
Sancte Marcelline	ora	
Sancte Gerbasi	ora	15
Sancte Protasi	ora	
Sancte Nazari	ora	
Sancte Celse	ora	
Sancte Vite	ora	
Sancte Victor	ora	20
Sancte Ypolite	ora	
Sancte Timothee	ora	
Sancte Hermes	ora	
Sancte Felix	ora	
Sancte Audacte	ora	25
Sancte Prote	ora	
Sancte Iacincte	ora	
Sancte Adriane	ora	
Sancte Gorgoni	ora	
Sancte Nicomedis	ora	30
Sancte Cesari	ora	
Sancte Theodore	ora	
Sancte Mennes	ora	
Sancte Saturnine	ora	
Sancte Chrisante	ora	35
Sancte Maure	ora	
Sancte Caloceree	ora	
Sancte Pantaleon	ora	
Sancte Castole	ora	
Sancte Abunde	ora	40

	Sancte Gordiane	ora
	Sancte Epimache	ora
	Sancte Ianuari	ora
	Sancte Felix	ora
5	Sancte Vrse	ora
	Sancte Heimramme	ora
	Sancte Luci	ora
	Sancte Albane	ora
	Sancte Bonefaci	ora
10	Sancte Auree	ora
	Sancte Iustine	ora
	Sancte Leudegari	ora
	Sancte Desiderii	ora
	Sancte Benigne	ora
15	Sancte Symproniane	ora
	Sancte Medarde	ora
	Sancte Vedaste	ora
	Sancte Chiliane	ora
	Sancte Dionisi	ora
20	Sancte Maurici	ora
	Sancte Babo	ora
	Sancte Landperte	ora
	Sancte Amande	ora
	Sancte Quintine	ora
25	/ Fol. 13 / Sancte Domnine	ora
	Sancte Ermagora	ora
	Sancte Vigili	ora
	Sancte Sulpici	ora
	Sancti III ^{or} Coronati	orate
30	Sancti VII. Germani	orate
	Sancte Valens	ora
	Sancte Senesi	ora
	Sancte Theoponte	ora
	Sancte Ianuari	ora
35	Sancte Sossi	ora
	Sancte Procule	ora
	Sancte Feste	ora
	Sancte Desideri	ora
	Sancte Eutices	ora
40	Sancte Acuti	ora

Sancte Euagriste	ora	
Sancte Prisciane	ora	
Sancte Pimeni	ora	
Sancte Pelagi	ora	
Sancte Caliste	ora	5
Sancte Felicissime	ora	
Sancte Agapite	ora	
Sancte Chrisante	ora	
Sancte Pancrati	ora	
Sancte Drudperte	ora	10
Sancte Erasme	ora	
Sancte Gaudenti	ora	
Sancte Eradi	ora	
Sancte Eliodore	ora	
Sancte Martiniane	ora	15
Omnes sancti martires	orate pro nobis	
Sancte Silvester	ora	
Sancte Gregori	ora	
Sancte Leo	ora	
Sancte Vrbane	ora	20
Sancte Melchiades	ora	
Sancte Apollinaris	ora	
Sancte Hilari	ora	
Sancte Martine	ora	
Sancte Aniane	ora	25
Sancte Augustine	ora	
Sancte Remedi	ora	
Sancte Germane	ora	
Sancte Ambrosi	ora	
Sancte Sauine	ora	30
Sancte Zeno	ora	
Sancte Seuere	ora	
Sancte Columbane	ora	
Sancte Procule	ora	
Sancte Firme	ora	35
Sancte Benedicte	ora	
Sancte Faustine	ora	
Sancte Antonnine	ora	
Sancte Ieronime	ora	
Sancte Flodoalde	ora	40

	/ Fol. 13 v. / Sancte Pirmini	ora
	Sancte Galle	ora
	Sancte Otmare	ora
	Sancte Fridoline	ora
5	Sancte Chrispine	ora
	Sancte Basili	ora
	Sancte Machari	ora
	Sancte Pachumi	ora
	Sancte Pafnuti	ora
10	Sancte Arseni	ora
	Sancte Hilarion	ora
	Sancte Equiti	ora
	Sancte Antoni	ora
	Sancte Valeri	ora
15	Sancte Libertine	ora
	Sancte Proiecte	ora
	Sancte Fortunate	ora
	Sancte Lothari	ora
	Sancte Trophime	ora
20	Sancte Constanti	ora
	Sancte Ceciliane	ora
	Sancte Innocenti	ora
	Omnes sancti confessores	orate pro nobis
	Omnes sancti monachi et heremite	orate
25	Sancta Felicitas	ora
	Sancta Perpetua	ora
	Sancta Petronella	ora
	Sancta Eufemia	ora
	Sancta Anastasia	ora
30	Sancta Scolastica	ora
	Sancta Sauina	ora
	Sancta Agnes	ora
	Sancta Agathes	ora
	Sancta Lucia	ora
35	Sancta Cecilia	ora
	Sancta Fortunata	ora
	Sancta Tecla	ora
	Sancta Daria	ora
	Sancta Sotheris	ora
40	Sancta Balbina	ora

Sancta Susanna	ora	
Sancta Prisca	ora	
Sancta Secunda	ora	
Sancta Pudenciana	ora	
Sancta Praxes	ora	5
Sancta Beatrix	ora	
Sancta Vibiana	ora	
Sancta Digna	ora	
Sancta Emerita	ora	
Sancta Margareta	ora	10
Sancta Eugenia	ora	
Sancta Basella	ora	
Sancta Columba	ora	
Sancta Genouefa	ora	
Sancta Eulalia	ora	15
Sancta Christina	ora	
/ Fol. 14 / Sancta Barbara	ora	
Sancta Iulitta	ora	
Sancta Verena	ora	
Sancta Regula	ora	20
Sancta Afra	ora	
Sancta Emerentiana	ora	
Sancta Brigida	ora	
Sancta Otilia	ora	
Sancta Radegundis	ora	25
Sancta Vualdpurga	ora	
Omnes sanctę uirgines	orate pro nobis	
Omnes sanctę uidue	orate	
Omnes sancti infantes	orate	
Omnes sancti	orate pro nobis	30
Propitius esto	parce nobis Domine	
Propitius esto	libera nos ² Domine	
Ab omni malo	libera nos Domine	
Ab omni morbo	libera nos Domine	
A clade et peste	libera nos Domine	35
A periculo mortis	libera nos Domine	
A subitanea morte	libera nos Domine	
A morte perpetua	libera nos Domine	
Ab ira tua	libera nos Domine	
Per crucem tuam	libera nos Domine	40

- Per natiuitatem tuam libera nos Domine
 Per passionem tuam libera nos Domine
 Per resurrectionem tuam libera nos Domine
 Per ascensionem tuam libera nos Domine
 5 Per magnitudinem aduentus tui libera nos Domine
 Peccatores te rogamus audi nos
 Vt pacem nobis dones te rogamus audi nos
 Vt sanitatem nobis dones te rogamus audi <nos>
 Vt remissionem peccatorum nostrorum nobis dones
 10 Vt aeris temperiem bonam nobis dones
 te rogamus
 Vt domnum apostolicum in sancta religione conseruare digneris
 te rogamus
 Vt ei uitam et sanitatem dones te rogamus audi <nos>
 15 Vt regem nostrum et exercitum christianorum conseruare
 digneris te rogamus audi nos
 Vt eis uitam et sanitatem at<que> uictoriam dones
 te rogamus audi nos
 Vt populo christiano pacem et unanimitatem largiri digneris
 20 te rogamus
 Vt ei uitam et sanitatem atque uictoriam dones
 te rogamus audi nos
 Vt aeclesiam tuam sublimare digneris
 Vt istam congregationem in sancta religione conseruare digneris
 25 te rogamus
 Fili Dei te rogamus audi nos. *Ter.*
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi parce nobis Domine
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi miserere nobis
 30 Christe audi nos.
 Kyrie eleison.
 Christe eleison.
 Kyrie eleison.
 Pater noster.
 35 / Fol. 14 v. / Fiat misericordia tua, Domine, super nos.
 Exurge, Domine, adiuua nos, et libera ³.
 Deus, tu conuersus uiuificabis ⁴ nos.
 Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare ⁵.
 Ne intres in iudicio cum seruo tuo.
 40 Domine, exaudi orationem meam.

- 9 Fac me queso omnipotens Deus ita iusticia indui, ut sanctorum tuorum merear exultatione letari, quatinus emundatus ab omnibus peccatorum sordibus, consortium adipiscar tibi placentium sacerdotum, meque tua misericordia a uitiiis omnibus exuat, quem reatus proprię conscientię grauat. Per. 5
- 10 Aures tue pietatis, mitissime Deus, inclina precibus meis, et gratia sancti Spiritus inlumina cor meum, ut tuis misteriis digne ministrare teque aeterna caritate diligere merear. Per.
- 11 *Cum lauat manus, siue ante missam, seu post.*
Largire sensibus nostris, omnipotens Pater, ut sicut exterius 10
abluuntur inquinamenta manuum, sic a te mundentur interius
pollutiones mentium, et crescat in nobis augmentum sanctarum
uirtutum. Per.
- 12 *Postquam aecclesiam intrauerit, dicat cum psalmo:*
Introibo ad altare Dei, ad Deum qui letificat iuuentutem meam. 15
Ps. Iudica me Deus.
- 13 *Confessio.*
Suscipe confessionem meam, unica spes salutis meae, Domine
Deus meus: gula, ebrietate, fornicatione, libidine, tristicia, accedia,
somnia, ira, cupiditate, inuidia, malitia, odio, detractio, 20
periurio, falsitate, mendatio, uana gloria, leuitate ac superbia perditus
sum: et omnino cogitatione, locutione, actione atque omnibus
sensibus extinctus sum. Qui iustificas impios et uiuificas mortuos,
iustifica me et resuscita me, Domine Deus meus.
- 14 *Deinde istas preces:* 25
Conuerte nos, Deus salutaris noster.
Dignare, Domine, die isto sine peccato¹.
Miserere nostri, Domine, miserere nostri.
Sacerdotes tui induantur iusticia.
Fiat misericordia tua, Domine, super nos. 30
Domine, exaudi orationem.
- 15 *Oratio ante altare.*
Ante conspectum diuine maiestatis tuę reus assisto, qui inuocare
nomen sanctum tuum presumo. Miserere mihi, Domine, homini

peccatori. Ignosce indigno sacerdoti, per cuius manus hæc oblatio uidetur offerri. Parce <mihi> peccatorum labe pre ceteris capitalium polluto: et non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur / fol. 15 / in conspectu tuo omnis uiuens: scilicet uitii ac uoluptatibus¹
 5 carnis aggrauati sumus. Recordare, Domine, quod caro sumus: in tuo conspectu etiam caeli non sunt mundi, quanto magis nos homines terreni immundi, sicut panus menstruate. Indigni sumus, Iesu Christe, ut simus uiuentes, sed tu, qui non uis mortem peccatoris, da nobis ueniam in carne constitutis, ut per poenitentiae labores
 10 uita aeterna perfruamur in caelis. Per.

Alia.

16

<A>ufer a nobis, quesumus Domine, iniquitates nostras.

Cum euangelium osculabitur, dicat:

Pax Christi, quam nobis per euangelium suum¹ tradidit,
 15 confirmet et conseruet corda et corpora nostra.

Oratio ante altare.

17

Tuam, Domine, clementiam deprecor, ut mihi ueniam peccatorum meorum concedas, et me in mandatorum tuorum obseruatione custodias, nec non etiam indignum me exaudire digneris
 20 pro omnibus quorum confessiones uel elemosinas suscepi, uel qui se confidentia caritatis mihi commendauerunt, ut siue uiuunt, siue in tue pietatis spe requiescunt, tuę propitiationis perpetualiter sentiant adiumentum. Per.

Item.

18

25 Deus misericordiae et ueritatis, clementiam tuam suppliciter deprecor, ut mihi miserrimo innumerabilium ueniam concedas peccatorum, quibus iram tuę potentiae prouocauit, quatinus te miserante, in hac uita secundum tuam uoluntatem purgatus, ad beatitudinis aeternae participationem pertingam. Cunctis etiam in
 30 corpore siue extra corpus fidelibus, qui mihi spiritali uel carnali coniunctione coherent, et qui se mihi uel confitendo uel rogando commendauerunt, necnon et quorum pecunias et elemosinas suscepi, uel qui per meam maliciam seu neglegentiam corrupti sunt, manum misericordiae tuę porrigas, et per ineffabilem largitatem tuam
 35 adoptatam eis indulgentiam peccatorum concedas, et ad requiem beatorum eos perducas. Per.

19 *Item.*

Tuam, Domine, clementiam deprecor, ut mihi famulo tuo remissionem cunctorum tribuas peccatorum et omnibus pro quibus debitor sum exorare, uiuis siue defunctis, misericordiae tuae munus impendas, ut ad aeternam uitam, tua gubernatione perueniant, 5 et tuę ubique dona gratię / fol. 15 v. / percipiant. Per.

20 *Oratio ad personam Patris.*

Domine Deus Pater omnipotens, qui consubstantialem et coeternum tibi ante omnia ineffabiliter secula Filium genuisti, cum quo atque cum Spiritu sancto ex te eodemque Filio procedente 10 caelum, terram atque quęcumque existunt, uisibilia et inuisibilia, creasti: te adoro, te laudo, teque glorifico. Esto queso propitius mihi peccatori, et ne despicias me, opus manuum tuarum, sed salua me et adiuua me propter nomen sanctum tuum.

21 *Ad personam Filii.*

Domine Iesu Christe, Fili¹ Dei uiui, qui es uerus et omnipotens Deus, splendor et imago Patris et uita aeterna, cui una est cum Patre sanctoque Spiritu, aequus honor eademque gloria, coaeterna maiestas, una substantia: te adoro, te laudo, teque glorifico. Ne me obsecro perire paciaris, sed salua et adiuua me gratuito munere tuo, quem 20 dignatus es² redimere precioso sanguine tuo.

22 *Ad personam Spiritus sancti.*

Domine sancte¹ Spiritus Deus omnipotens, qui coequalis, coeternus et consubstantialis Patri Filioque existens, ab eis inenarrabiliter procedis, qui per² eundem dominum nostrum Iesum 25 Christum in columbe speciae³ super sanctos apostolos in linguis igneis descendisti: te adoro, te laudo, teque glorifico. Depelle a me queso tenebras totius iniquitatis et perfidiae, et accende in me lumen uitae et misericordiae, et ignem sanctissimi amoris tui.

23 Benedicat me Deus Pater omnipotens, qui me creauit. Sanet 30 me Dei Filius, qui pro me passus est. Illuminet me Spiritus sanctus, qui in me effusus est. Sancta Trinitas sit semper mecum omnibus diebus uite meę: corpus meum custodiat, animam meam saluet¹, cor meum irradiet¹, et ad supernam uitam me perducatur. Perseuerare me Christus in suo sancto seruitio faciat semper, et perducatur me in 35 uitam aeternam, et partem merear habere cum sanctis et aelectis

Dei: et indulgeat mihi Deus omnia peccata mea. Misereatur mihi
 Christus Filius Dei, semper sanum et incolomen me reddat et
 protectum ab omnium insidiis inimicorum meorum. Custodiat
 me Pater omnipotens qui me creauit per unicum Filium, qui cum
 5 eo et Spiritu sancto uiuit et regnat in secula.

Item alia ante altare.

24

Ignosce Domine, quod dum / fol. 16 / rogare compellor, dum
 per immunda labia nomen sanctum tuum assumo, et immundorum
 actuum secreta confiteor, non habeo apud¹ te uerba sine crimine.
 10 Tu enim conscientiae meę uulnera, tu cogitationum mearum occulta
 nosti, et immunditias meas tu solus agnoscis. Miserere, mihi ignosce
 misterii tui secreta tractanti, nec indignum misericordiae tuae iudices,
 quem pro aliis rogare permittis², et in quo testimonium boni
 operis non agnoscis, officium saltim dispensationis crediteę non
 15 recuses. Saluator mundi, qui cum Patre et Spiritu sancto uiuis et
 regnas.

Alia.

25

Deus qui <de> indignis dignos facis, de peccatoribus iustos,
 de immundis mundos, munda cor meum et corpus meum ab omni
 20 cogitatione et sorde peccati, et fac me dignum atque strenuum sanctis
 altaribus tuis ministrum. Et concede propitius ut hoc altari, ad quod
 indignus accedo, hostias acceptabiles offeram pietati tue pro peccatis
 et offensionibus meis et innumeris cottidianis excessibus: et famulo
 tuo N. ac coniunge, proleque ac populo sibi subiecto, et omnibus
 25 circumstantibus omnibusque mihi familiaritate coniunctis, atque
 omnibus me odio execrabili insectantibus, cunctisque simul fidelibus
 christianis. Et per eum sit tibi meum uotum atque sacrificium
 acceptabile, qui se tibi Deo Patri¹ obtulit in sacrificium. Qui
 tecum.

30 *Angelicum carmen.*

26

Gloria in excelsis Deo [...] Dei Patris. Amen.

*Cum incensum, antequam euangelium legatur, in turibulum mittit, 27
 dicat:*

Odore celestis inspirationis / fol. 16 v. / sue accendat et impleat
 35 Dominus corda nostra, ad audienda et implenda sui euangelii precepta.
 Qui uiuit et regnat.

- 28 *Deinde diacono inclinanti benedicit, dicens:*
 Dominus sit in corde et in labiis tuis, ut nunties competenter euangelium pacis. Pax tibi.
- 29 *Allato autem euangelio presbitero uel ceteris, dicant:*
 Per¹ istos sermones sancti euangelii Filii sui domini nostri Iesu Christi, indulgeat nobis Dominus omnia peccata nostra. 5
- 30 *Fides Niceni Concilii.*
 Credo in unum Deum [...] futuri seculi. Amen.
- 31 *Tunc presbiter antequam oblationem a ceteris accipiat ante altare, dicat istam orationem:* 10
 Facturus memoriam salutaris hostie totius mundi, cum illius dignitatem et meam intueor foeditatem, conscientia torqueor peccatorum: uerum quia tu Deus multum misericors es, imploro, ut digneris mihi dare spiritum contribulatum, quod tibi gratum sacrificium revelasti, ut eo purificatus uitae hostiae piis manus admoueam, 15
 quae omnia peccata mea aboleat, et ea deinceps in perpetuum uitandi mihi cautelam infundat, omnibusque pro quibus tibi offertur, presentis uitae et future salutis commercia largiatur. Per dominum.
- 32 *Et oblationem / fol. 17 / accipiendo, dicat:* 20
 Acceptabilis sit Deo omnipotenti oblatio tua. Memor sit omnis sacrificii tui et holocaustum¹.
- 33 *Oblatio communis ad sanctam Trinitatem.*
 Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem quam tibi offero <in memoriam> incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis, 25
 ascensionis domini nostri Iesu Christi, et in honore omnium sanctorum tuorum qui tibi placuerunt ab initio mundi, et eorum quorum hodie festiuitas celebratur, et quorum nomina et reliquie hic habentur, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem, ut illi omnes pro nobis intercedere dignentur in caelis quorum memoriam facimus 30
 in terris. Per Christum dominum.
- 34 *Oblatio pro rege et omni populo christiano.*
 Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem quam tibi offero pro imperatore nostro Ill. et sua uenerabili prole, pro statu regni chris-

tianorum et pro omni populo christiano, pro ablate nostro *Ill.* et nostrę congregationis salute, pro omnibus in Christo fratribus et sororibus nostris, pro elemosinas uel agapes nobis facientibus, pro his etiam qui se in nostras commendauerunt orationes et qui
 5 nostri memoriam in suis continuis orationibus habent, ut hic ueniam recipiant peccatorum et in futuro premia consequi mereantur aeterna. Per Christum.

Oblatio pro semetipso.

35

Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem quam tibi offero pro
 10 innumerabilibus <peccatis> atque offensionibus meis, ut preterita mihi dimittas et de futuris me custodias, pro salute corporis et anime meę, ut hic te donante mandata tua custodiam, et in futuro premia aeterna consequi merear. Per Christum.

Oblatio pro salute uiuorum.

36

Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem quam tibi offero pro
 15 salute famuli (æ) tui (æ) N., quatinus, te donante, percepta uenia peccatorum, uitae quoque sempiternae immensa gaudia percipere mereatur¹. Per Christum.

Oblatio pro infirmis.

37

Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem quam tibi offero pro
 20 infirmo (is) famulo (is) tuo (is) N., ut mentis et corporis sanitate percepta, in aecclesia tua tibi laudes referat (ant), et de tuo uerbere premia consequi merea(n)tur aeterna. Per Christum.

/ Fol. 17 v. / *Oblatio pro uno defuncto.*

38

Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem quam tibi offero pro
 25 anima famuli tui N., ut per hoc salutare sacrificium purgata, sanctorum tuorum consortio adunari mereatur. Per Christum.

Item oblatio pro semetipso.

39

Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem quam tibi offero pro
 30 me peccatore et miserrimo omnium hominum, pro meis peccatis innumerabilibus quibus peccaui coram te in dictis, in factis, in cogitationibus, ut preterita mihi dimittas et de futuris me custodias, pro sanitate corporis et anime meę, ut omnium delictorum meorum ueniam consequi merear. Per Christum.

- 40 *Oratio super oblata.*
Sanctifica Domine hanc oblationem, ut nobis unigeniti filii tui domini nostri Iesu Christi corpus fiat. Qui tecum.
- 41 *Super calicem.*
Offerimus tibi Domine calicem salutaris, et deprecamur 5
clementiam tuam, ut in conspectum diuine maiestatis tuę cum
odore suauitatis ascendat, et munera tibi dicata sanctifica, nosque
a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Christum.
- 42 *Item super calicem.*
Sanctifica Domine hunc calicem, ut nobis unigeniti filii tui 10
domini nostri Iesu Christi sanguis fiat. Qui tecum.
- 43 *Tunc eleuata manu benedicat utraque, dicens:*
In nomine domini nostri Iesu Christi sit signatum ac consecratum
et ordinatum, adunatum et benedictum hoc sacrificium.
- 44 *Postea incensum ponat in turribulum¹, <et> dicat:* 15
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.
Incensum istud sit a te, Christe, benedictum, ascendat ad te,
Domine, et descendat super nos misericordia tua.
- 45 *Quando odor eiusdem incensi unicuique porrigitur, dicant:*
Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris et flammam 20
aeterne caritatis.
- 46 *Item.*
<I>llo nos igne quesumus Domine¹.
- 47 *Tunc conuertat se sacerdos ad circumstantes, <et> dicat:*
<O>rate pro me peccatore¹. 25
- 48 *Infra actionem uniuersalis.*
Memento Domine famulorum famularumque tuarum: precipue
deprecor eorum qui memoriam mei coram te in suis precibus faciunt,
uel qui se meis indignis precibus commendauerunt, quique etiam
in tuo conspectu sua mihi delicta confessi sunt, et qui mihi uel 30
congregationi tuę aliquid caritatis officio seu pietatis uel largitatis
suę studio impenderunt, quicque etiam <mihi> propinquitatis uel

consanguinitatis seu / fol. 18 / tue caritatis affectu coniunctis: mihi quoque indignissimo famulo tuo propitius esse digneris, et ab omnibus me delictorum offensionibus emundare: <E>t omnium circum astantium.

5 *Item pro defunctis, ante Nobis quoque peccatoribus:* 49
Memento etiam Domine et eorum nominum qui nos preceserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis.

Hic recitentur nomina defunctorum.

Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus locum
10 refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas, precamur. Per Christum.

*Expleto autem Te igitur et oratione dominica, cum dixerit Pax 50
Domini, misceat Corpus dominico Sanguini, dicens:*

Fiat commixtio et consecratio Corporis et Sanguinis domini nostri Iesu Christi omnibus accipientibus nobis in uitam aeternam.

15 *Tunc osculetur altare, dicens:* 51
Domine Iesu Christe qui dixisti apostolis tuis: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis: ne respicias peccata mea, sed fidem aecclesiae, eamque secundum tuam uoluntatem pacificare et adunare dignare.

20 *Deinde pacem ferat circumstantibus:* 52
Habete uinculum caritatis et pacis, ut apti sitis sacrosanctis misteriis.

Et ipsi accipiendo, dicant: 53
Pax Christi et aecclesiae habundet in cordibus nostris.

25 *Ad eucharistiam suscipiendam.* 54
Domine Iesu Christe fili Dei uiui, qui ex uoluntate Patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum uiuificasti, libera me per hoc sacrum Corpus ac Sanguinem tuum a cunctis iniquitatibus et uniuersis malis, et fac me tuis obedire mandatis,
30 et a te nunquam in perpetuum separari. Qui uiuis.

Accipiens corpus Domini, dicat: 55
Panem caelestem accipiam et nomen Domini inuocabo.

- 56 *Accipiens calicem, dicat*¹:
 Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi:
 calicem salutaris accipiam et nomen Domini inuocabo.
- 57 *Item.*
 Laudans inuocabo Dominum et ab inimicis meis saluus ero. 5
- 58 *Deinde cum dederit communionem, dicat:*
 Corpus domini nostri Iesu Christi conseruet corpus et animam
 tuam in uitam aeternam.
- 59 *Item ad utraque:*
 Corpus et Sanguis domini nostri Iesu Christi prosit tibi in 10
 remissionem omnium peccatorum tuorum ad uitam aeternam.
 Amen.
- 60 *Finita missa, postquam dicit Ite Missa est ueniat / fol. 18 v. / ante
 altare, et eo osculato, dicat:*
 Placeat tibi sancta Trinitas Deus obsequium¹ seruitutis meę, 15
 et presta, ut hoc sacrificium quod oculis tuę maiestatis² indignus
 obtuli, mihi et omnibus pro quibus illud optuli, te miserante, sit
 propitiabile. Per.
- 61 *Expletis omnibus, ad sacrarium rediens, cantet ymnum Trium
 puerorum et Laudate Dominum in sanctis eius, et preces:* 20
 Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, et sancti tui
 benedicant tibi.
 Exultabunt sancti in gloria, letabuntur.
 Exultent iusti in conspectu Dei .
 Non intres in iudicium cum seruis. 25
 Domine Deus uirtutum conuerte nos.
 Benedicat nos Deus, Deus noster.
 Domine exaudi orationem meam.
Oratio.
 Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede 30
 propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma uitiorum.

- 5 — 1) *mentibus cod.*
 8 — 1) *sic. 2) nobis cod. 3) l- cod. 4) uiuific cod. 5) s. cod.*
 14 — 1) *p- cod.*
 15 — 1) *uoluntatibus cod.*
 16 — 1) *suum suum cod.*
 21 — 1) *Filius cod. 2) est cod.*
 22 — 1) *sanctus cod. 2) super prim. man. su erasum. 3) sic.*
 23 — 1) *saluat cod. 2) irradiat cod.*
 24 — 1) *sic. 2) permittas cod.*
 25 — 1) *Deo Patri] sup. lin. prim. man.*
 29 — 1) *Pe cod.*
 32 — 1) *hol- cod.; et holocaustum tuum pingue fiat: Ps. 19, 4.*
 36 — 1) *mereantur cod.*
 44 — 1) *sic!*
 46 — 1) *sic tantum.*
 47 — 1) *sic tantum.*
 56 — 1) *dicens cod.*
 60 — 1) *obsesequium cod. 2) maiestatis] iestatis sup. lin. prim. man.*

Olhado no seu conjunto e tendo unicamente em vista o número de elementos que o constituem, este *Ordo missae* pode considerar-se equilibrado e até sem demasiado interesse, em comparação com outros da mesma época, como, por exemplo, a célebre *Missa Latina* de Flácio Ilírico, de que mais adiante falaremos. No entanto, uma análise interna vai mostrar-nos que ele ocupa lugar de relevo na história da missa medieval. Não é nossa intenção estudar um por um todos os elementos que o informam, mas unicamente salientar os textos de maior interesse eucológico e os aspectos de maior significado histórico.

Vejamos em primeiro lugar as orações 20, 21 e 22: *Oratio ad personam Patris; Oratio ad personam Filii; Oratio ad personam Spiritus sancti*. A origem destes textos é conhecida, mas o sacramentário de Reichenau é o único que conhecemos a integrá-los no *Ordo missae*. Estas composições aparecem pela primeira vez numa colecção de orações destinadas à devoção particular, organizada em Tours, em princípios do séc. IX, no ambiente espiritual de Alcuíno († 804), o célebre monge inglês convidado por Carlos Magno para orientar a reforma cultural do Império. O manuscrito mais antigo é o chamado *Libellus Trecentis* — Troyes, Bibl. Mun. ms. 1742,

fol. 52 v. - 80 — editado em 1940 por Wilmart⁷. Não conhecemos o autor certo destas orações, mas é muito provável que seja o próprio Alcuíno, pois sabemos que redigiu textos eucológicos, alguns mesmo destinados expressamente ao culto público⁸. O conteúdo eucológico das orações citadas é um simples acto de fé e de adoração às Pessoas da Trindade Divina, reflectindo a crise teológica do adopcionismo. Nesta crise, que agitou a cristandade ocidental nos fins do séc. VIII, esteve Alcuíno directamente envolvido, e a natureza teológica destes textos é mais uma presunção séria para o considerarmos como seu autor⁹.

A estrutura destas composições é inteiramente alheia à das *apologias* e por isso não admira que nenhum outro *Ordo missae* as tenha adoptado. O único livro *litúrgico* que conhecemos, além deste, onde elas figuram é um Missal de Reims da segunda metade do séc. XII: *Troyes, Bibl. Mun. ms.* 1951, fol. 128 v¹⁰. Aqui porém, por mais estranho que pareça, são utilizadas não na missa, mas no cerimonial da adoração da Cruz em Sexta-Feira Santa¹¹.

Se a origem daquelas orações nos é conhecida, já não podemos dizer o mesmo da composição 23: *Benedicat me Deus Pater*, que pode ser considerada uma espécie de *embolismo* das três precedentes.

⁷ D. A. WILMART O. S. B., *Precum libelli quattuor Aevi Karolini*, Prior pars, Roma 1940, pp. 14-15. As mesmas orações aparecem ainda noutro *libellus*, um pouco mais tardio: *ibidem* p. 139.

⁸ Alcuíno organizou um *libellus* de missas votivas, como apêndice ao *Sacramentário Gregoriano*. Alguns textos foram pessoalmente redigidos por ele. Sobre este assunto ver: H. BARRÉ-J. DESHUSSES, *A la recherche du Missel d'Alcuin*, «Ephemerides Liturgicae», LXXII (1968), pp. 3-44; J. DESHUSSES, *Le Sacramentaire Grégorien pré-hadriannique*, «Revue Bénédictine», LXX (1970), pp. 213-237.

⁹ Como é sabido, Alcuíno, além de intensa actividade que manifestou no decurso de toda a controvérsia adopcionista, escreveu pessoalmente dois tratados: *Adversus Felicem* (PL 101, 119-230) e *Adversus Elipandum* (PL 101, 231-300), os dois bispos espanhóis acusados de adopcionismo.

¹⁰ Sobre este manuscrito ver LEROQUAIS, *o. c.*, tom. I, pp. 283-286.

¹¹ Eis o esquema da adoração da Cruz neste manuscrito:

— [fol. 128 v.] *Oratio ad Patrem*. Domine sancte Pater omnipotens, qui consubstantialem et coeternum... sanctum tuum. Amen.

— *Ad Filium*. Domine Iesu Christe, Fili Dei uiui, qui es uerus et omnipotens Deus, splendor ... sanguine tuo. Amen.

— *Ad Spiritum sanctum*. Domine sancte Spiritus Deus omnipotens, qui equalis, coeternus et confol. 129/substantialis... amoris tui. Amen.

— *Ad sanctam Trinitatem*. Domine Deus omnipotens, eterne, ineffabilis, sine fine atque initio ... tribuisti. Amen.

— *Ad Dominum generalis*. Domine Iesu Christe, adoro te in cruce ascendentem, deprecor te .../ fol. 129 v. / quam iudices, Saluator mundi. Qui.

— *Oratio*. Domine Iesu Christe conditor mundi, qui hodierna die crucis patibulum propter nos subire dignatus es, munda me sordibus uitiorum nimis pergrauatum. Qui uiuis et regnas cum Patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

Não sabemos de nenhum outro manuscrito onde ela figure e pensamos tratar-se de texto inteiramente inédito. É bem possível que tenha sido redigida em Reichenau para incluir neste lugar, tanto mais que o *Libellus Trecensis* continha uma com função semelhante a esta¹².

Outra particularidade digna de nota é o conjunto das orações 33 a 39: *Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem*. A primeira, com súplica de carácter geral, é universal na Idade Média e chegou até 1970 no *Missal Romano*. As outras, literariamente variantes da primeira, não são mais que especificação das diversas intenções do celebrante. Segundo tudo parece indicar, estas preces vieram substituir a leitura dos *Dípticos* da tradição galicana, quando foi suplantada pela liturgia romana. Tais formulários encontram-se frequentemente nos manuscritos. O que faz a raridade deste *ordo* é o elevado número de intenções, sete ao todo, pois só conhecemos outro em que este número seja ultrapassado, o da *Missa Latina*, a que já nos referimos.

A composição 48: *Infra actionem universalis* é outra particularidade importante do manuscrito. A Idade Média tem respeito sagrado pelos sacramentários romanos e em especial pelo *Canon* da missa. Raras vezes ousa tocar na ordem ou no texto do Cânon recebido de Roma. Há, porém, excepções e algumas já no séc. IX, como se poderá ver pela edição recente do *Sacramentário Gregoriano*¹³. O texto de Reichenau é extremamente raro e parece-nos ser o testemunho mais antigo desta composição, que, pelo seu estilo, não é mais que uma *apologia* introduzida no interior do Cânon.

Para concluir esta breve análise, importa salientar ainda o interesse litúrgico da longa ladainha do começo, a qual, segundo as rubricas, deveria ser cantada. Além de ser muito rara a presença de ladainhas inseridas neste lugar, a de Reichenau reveste-se de particular significado espiritual. Ela mostra-nos o cuidado de preparação ascética para a celebração da missa, que não recua diante do esforço de cantar uma ladainha onde há mais de 250 invocações de santos ou grupos de santos!

As observações que acabamos de fazer ajudar-nos-ão a aclarar, em certa medida, o problema histórico referente às origens da

¹² *Oratio eiusdem ad sanctam et indivisam Trinitatem*; D. A. WILMART, o. c., p. 15.

É interessante notar que na adoração da Cruz de Sexta-Feira Santa do ms. Troyes 1951, — ver nota precedente, — a quarta oração é a do *Libellus Trecensis*.

¹³ J. DESHUSSES, *Le Sacramentaire Grégorien. Ses principales formes d'après les plus anciens manuscrits*, Fribourg (Suisse) 1971, pp. 687-688.

célebre *Missá Latina*. LEROQUAIS¹⁴ e BOURQUE¹⁵ assinalam, a justo título, a semelhança existente entre os dois documentos.

A *Missá Latina* não é mais, na realidade, do que um *Ordo missae* extremamente desenvolvido, publicado em Estrasburgo, em 1557, pelo teólogo reformador MATHIAS FLACIUS ILLYRICUS¹⁶. A sua publicação teria passado sem grande interesse, não fora a intenção polémica que a ditou. Segundo Flácio Ilírico, esta missa representa a pura tradição litúrgica galicana e germânica antes da penetração da liturgia romana, que a corrompeu. Afirmações destas, hoje, seriam irrisórias, mas na altura, em que as fontes da liturgia romana eram ainda praticamente desconhecidas, desencadearam uma polémica que durou séculos¹⁷. F. CABROL dedica ainda em 1923 longo estudo sobre este documento e termina perguntando se não teria sido Alcuíno o autor da discutida missa¹⁸. Para BOURQUE esta missa «n'est qu'un rejeton du groupe de Sééz, mais un rejeton qui a poussé au maximum les prières interstices»¹⁹. Recordemos que o *Ordo missae* de Sééz é o que está na base do do Missal Romano chegado até nós. Que pensar de tudo isto?

Há uma relação evidente de dependência entre o *Ordo missae* de Reichenau e a *Missá Latina*. Todos os textos importantes de Reichenau, isto é, todas as apologias, todas as preces de ofertório, todas as orações da comunhão se encontram no documento de Flácio Ilírico, *excepto* as composições 20, 21, 22 e 23 e as ladainhas. Os trabalhos de J. BRAUN permitiram estabelecer que a *Missá Latina* foi redigida à volta de 1030 para Sigbert de Minden²⁰. Sendo o Sacramentário de Reichenau dos princípios do séc. XI, paleograficamente se prova que é o *ordo* de Reichenau que serviu de base à *Missá Latina*. De resto, a hipótese contrária seria inverosímil. Se o *ordo* de Reichenau fosse apenas um resumo ou uma selecção de textos da *Missá Latina*, ficaria por explicar a inserção das quatro orações a que nos referimos. A ausência destes textos na *Missá Latina*, pelo contrário, tem explicação plausível. O seu organizador, de facto, utilizou todos os textos de Reichenau, *excepto*

¹⁴ O. c., tom. I, p. 114.

¹⁵ O. c., p. 21, nota 26.

¹⁶ Texto reproduzido em E. MARTÈNE, *De antiquis ecclesiae ritibus*, Lib. I, Cap. IV, Art. XII, Ordo IV; e em MIGNE, *PL* 138, 1305-1336.

¹⁷ Indicação bibliográfica completa em BOURQUE, o. c., pp. 333-335.

¹⁸ *Dictionnaire d'Archéologie Chrétienne et de Liturgie*, tom. V (2.ª parte), col. 1625-1653.

¹⁹ O. c., p. 333, nota 21.

²⁰ BOURQUE, o. c., p. 33. — KLAUS GAMBER, *Codices Liturgici Latini antiquiores*, Spicilegii Friburgensis subsidia, 1, Freiburg (Schweiz) 1963, n.º 990, p. 191.

estes, porque lhes falta a natureza própria de apologia e difficilmente se adaptam à estrutura do *Ordo missae*. A ausência total destas preces noutros documentos é a prova de que em parte nenhuma foram aceites. O facto da sua presença em Reichenau está ainda por esclarecer, mas é possível que se trate de gosto pessoal do organizador ou então de influência espiritual de Tours sobre Reichenau.

Parece-nos ficar assim esclarecido, em parte, o enigma das origens da famosa *Missa* de Flácio Ilírico. Ela não é mais que um amontoado de textos, procedentes de diversas fontes, uma das quais, sem dúvida a principal, é o *Ordo missae* de Reichenau.

JOAQUIM O. BRAGANÇA